



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Barnabæ Dictvm Citatvm à Clemente, secundo libro Collectaneorum,
pagina 161.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

bant Prophetam similem Samueli aut Eliæ, tubam bellicontra Romanos.

A P O S T O L I sunt doctores in novo Testamento immediate vocati à Christo ad docendum Euangelium, & ad publicam administrationem Sacramentorum, non ad politica negotia, & sunt ornati testimonio Spiritus sancti, & miraculis, ut certum esset, doctrinam eorum diuinam esse, & eos non errare in doctrina, quia Deus de ea testificabatur, & habent potestatem ubiq; docendi.

E P I S C O P V S seu Pastor est doctor vocatus à Deo, sed immediate, scilicet per Ecclesiam, ad docendum Euangelium, & ad publicam administrationem Sacramentorum in loco certo, & recitat doctrinam traditam ab Apostolis, ab hac cum discedit, errat, ut sàpè accidit, nec habet potestatem ubiq; docendi. Consideranda sunt autem testimonia, quæ confirmingant uocationem, quæ sit per homines, & ostendunt, Deum uelle suffragatione humana uocari ministros Euangelij, & per tales efficacem esse. Paulus præcipit Tito, ut constituant presbyteros paucim in oppidis. Et 2. Tim. 2. dicitur: Hæc commendam hominibus fidelibus, qui idonei sint ad docendos alios.

D O C T O R est persona uocata ad docendum Euangelium, non ad summam gubernationem Ecclesiæ. Tales olim erant Catechetae, & nunc tales debent esse doctores in scholis.

E V A N G E L I S T A E olim dicebantur, qui subinde ad diuersas Ecclesias mittebantur aut vocabantur, ut ibi Euangelium docerent. Tales scribit Eusebius nominatos esse Euangelistas, & celebrat Pantheon, lectorum scholæ Alexandrinæ, qui peruagatus fuit multas Ecclesias in Oriente, & eas erudit.

B A R N A B A E D I C T U M C I T A T U M
à Clemente, secundo libro Collecta-

norum, pagina 161.

A N T E Q U A M crederemus Deo, domicilium corruptibile & fragile cordis nostri vere erat templum manu factum, quando erat plenum idolatria, & erat domus dæmonum: Sed attendite, ut templo Domini gloriose ædificetur. Quomodo? Accipiendo remissionem peccatorum, & sperando in nomen Christi, sumus novi & denovo creati, eo quod in domicilio nostro uere Deus habitat. Quomodo? Quando habitat in nobis sermo fidei ipsius, vocatio promissionis ipsius, sapientia iustificationum, & mandata doctrinæ.

D E H A B I T I B V S.

S Y P R A dictum est de Noticijs & Virtutibus. Et quid sine
F i s noticjæ